

av
4.

I

Dypl. 423



IN NOMINE DOMINI. AMEN.

GLORIOSA STUDIORUM MATER ET VIRTUTUM ALTRIX Urbs ROMA, Quæ inter omnes Mundi Civitates celeberrima scientiarum omnium Studio decorata existit, atque singularibus Privilegiis Pontificiis, & Imperialibus sublimata, cuius etiam in toto Terrarum Orbe veneranda famosissima, & antiquissima clarissimorum Virorum undecumque confluentium authoritas sydereis velut splendoribus illustrata obtinet Principatum illos dumtaxat ad publicam, & eminentem Cathedram supremique Doctoratus splendidissimam Dignitatem sublimare, erigere, & extollere consuevit, quos longo exercitio, laboribus summis vigiliis, &

omni deniq; conatu spretis, & posthabitis huius mun=
di delitijs, se se doctrinæ penitus dantes, ipsam Diuinã
Sacræ Theologiæ Scientiã adeptos maximis laudibus,
et uerissimis testimonijs accurate reperit probatissimos
et quos subtilis examinis certamen dignos tam subli=
mi gradu ostenderit uirtutũ copia, meritorumq; ex=
cellentia concurrente, ut si aliquando aliqui tanquã
ex quopiam Seminario Deo uocante ad Populorũ
gubernationem eligantur, Ecclesiarũ sibi cõmissarũ
curã, et regimen dignè, et sapienter exerceant, Popu=
losq; Christianos doctrina Cœlesti enutriant, atque
in Officio, & Catholica Religione contineant, atq; cõ=
seruent; Quare cũ hæc omnia intelligeret Perillr et
Admn Reus D. ALBERTUS DABRO=
WSKI in Achademia Cracouiensi Professor, Col=
lega Maior SANCTI FLORIANI CA=
NONICUS, qui prius multos per annos hanc
segnem operã Sacræ Theologiæ Studio nauauit, at=
q; Diuinæ Philosophiæ Scientijs sollicitã, ac studiosã

operã impendit, cupereq; propterea ad Doctoratus
gradũ in Sacra Theologia, & Philosophia facultate
promoueri per Admn Reus Prem Magrũm Fratrem
BENEDICTŨ ROCCIUM Procurato=
rem generalem Ord. Carmelitarũ, & Admn Reu
Prem Magrũm, et Rmũ Prem Magrum Epum AMBRO=
SIU LANDUCIUM Ord: S. Augustini Aplici Sacrarij
Præfectũ Promotores à Rmo Pre RAYMUN=
DO CAPISUCCO Ord: Predicatorum
Sacri Palatij Magistro à fœlicis Rec: INNOCEN=
TIO PAPA X. uigore literarũ in forma Breuis
sub Annulo Piscatoris, & Datar Romæ apud Sanctã
Mariã Maiorem die tertia mensis Nouembris
MDCLIV. Pontus sui Anno XI expeditarũ depu=
tato idem D. ALBERTUS DABROWSKI
legitime fuit præsentatus examinandus, & appro=
bandus in Sacra Theologia, & Philosophia, et ob hoc
in præsentia pluriũ Clarissimorũ Virorũ se subiecit
arduo rigorosoq; examini infrascriptorũ Admn Reu.

Pris Magri IOANNIS BAPTISTAE ~
DE PENNA Ord. S. Augustini Lectoris Publici
Sacræ Scripturæ, & Adm. Rev. Pris Fris LAVREN=
TII BRANCATI Ord. Minorũ Conuentualium
Lectoris Publici Sacræ Theologiæ, in quo sane Exa=
mine dtus D. ALBERTVS DABROWSKI
puncta, seu Conclusiones sibi assignatas miro, atq;
pulcherrimo Ordine, summaq; doctrina legit, et reci=
tauit, diuidendo, distinctiones adhibendo, contraria
adducendo, dubitationes ponendo, illasq; soluendo
pro, et contra arguendo, argumentisq; eorumdem
DD. Doctorũ de Collegio acutè, & subtiliter, ac Magi=
strali more respondendo deniq; adeò, doctè, elegan=
ter, & benè se gessit, ut fuerit ab omnibus dti Collegij
Sacræ Theologiæ Doctoribus in Sacra Theologia, &
Philosophia idoneus, intelligens, et peritus habitus,
tentus, et existimatus, & ob id in Sacra Theologia,
& Philosophia concorditer, pariuoto, cunctis Suffra
gijs, ac nemine penitus, penitus, penitusq; discrepante

Doctoratu dignus fuerit approbatus. Insuper habi=
ta prius debita Informatione de illius Religione, &
Fide Catholica, ac precedente eiusdem D. ALBER=
TI DABROWSKI Fidei Catholicæ pro=
fessione, ac Iuramento super SS. Dei Euangelijs in
manibus pti Rmi Pris RAYMVNDI CAPI=
SVCCHI Sacri Palatij Magistri, & Iudicis Or=
dinarij præstito idem Rmus Dnus Sacri Palatij Magr
consideratis Scientia, moribus, & uirtute, quibus
eumdẽ D. ALBERTV DABROWSKI Altissi=
mus illustrauit, prout in dto suo examine mirificè
demonstrauit, auctte Aplica, et sui Officij, quo fungi=
tur eumdẽ D. ALBERTV DABROWSKI
benemeritũ dignũ sufficientem, et idoneũ habitũ in
Sacra Theologia, ac Philosophia Doctorem, et Magi=
strũ fecit creauit, et solemniter ordinauit, ita ut in=
futurũ omnibus, & singulis Priuilegijs, Indultis Im=
munitatibus, exemptionibus libertatibus, gratijs, ~
fauoribus, dignitatibus prerogatiuis, & præeminen=
tijs



quibus alij huius, & quarumcumq; Vniuersitatum
totius Orbis in Sacra Theologia, et Philosophia &
Doctores, & Magri de Iure, uel consuetudine, aut
aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent,
ipse quoque D. ALBERTVS DABROWSKI
Theologiæ, & Philosophiæ Doctor creatus uti, poti:
ri, et gaudere possit, et debeat; Dans insuper, et con:
cedens sibi licentiam, liberamq; facultatem, et auctem
legendi, docendi, glossandi, interpretandi, ac Magi:
stralem Cathedram ascendendi, similiter alios om:
nes, & singulos actus Doctoreos publicè, & priuatim
exercendi pro eius libito uoluntatis. Quibus sic per actis
ptus D. ALBERTVS DABROWSKI conside:
rans quod ad perfectionem cuiuslibet humani actus
finis congruus appetendus est, per quem appareat
principium, et medium aptè præcessisse à pto Reuerendmo
Pre Magro Epo AMBROSIO LANDVCIO
uno ex ptis Promotoribus per Rmum P.D. Sacri Palatij &
Aplici Magrum ptum ad Doctoratus insignia confe:

rendum electo, et deputato, solita huiusmodi Doctoratus in:
signia sibi dari, & concedi humiliter postulauit. Qua:
mobrem præfatus Reuerenmus Magr Epus AMBRO
SIVS LANDVCIVS petitioni eius hone:
stę annuens libros Sacrę Theologiæ, et Philosophiæ
clausos mox, & apertos, in eius manibus tradidit,
digitum Annularem annulo subarauit, imposuitq;
capiti eius biretum pro corona, ac ipsum deinum in Cat:
hedram Doctorali collocauit, ut intelligeret se inter &
Sacræ Theologiæ, et Philosophiæ Doctores fuisse rece:
ptum pro ut ad osculum fraternum receptus fuit ad lau:
dem, & gloriam Dei Omnipotentis. In Quorum omnium
fidem pns Doctoratus Instrum manu infracti Rmi
Sacri Palatij Aplici Magri subscriptum, et Collegij pti
Sigilli soliti appensione roboratum Ego Notarius dicti:
que Collegij Secretarius infrascriptus, ad hec specialiter
deputatus de mandato subscripsi, et publicaui. Acta
fuerunt hæc Romæ in ipsius Almæ Vrbis Gymnasio
Romana Sapientia nuncupato in Regione Sancti



Eustachij sub anno a Nativitate Dni M·D·C·L·V·
Indictione VIII die vero XVII.a mensis Decembris
Pontus autem S·D·N·D·ALEXANDRI
Divina Providentia PAPAE VII·Anno eius Primo
Prntibus ibidem D. Andrea Bischi Canonico Sando-
miriano Craconien. Dioecesis, et D. Stanislao Sucoski
Preposito Clepardiano eiusdem Dioeces. Testibus
ad pña vocatis, atqz rogatis

F. Raimundus Capisuccus Ord. Pred.
Sac. Apost. Pal. Mag.r

Et quia ego Octavius Biscionus Ro-
manus praed.tus Sacri Collegij Rev.morum
Patrum Theologorum Almae Urbis a Secre-
tis spectabilis de prat.e quia premissis
omnibus interfui dum sic agerentur
eaq; rogatus in notam sumpsi, ideo
pns Doctoratus privilegium subscripsi
et publicavi, meoq; solito signo si-
gnavi, in fidem omnium et premissorum
rogatus, et requisitus



